



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae Domini

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Textvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

constituit, aut corpus Christi pani veluti carceri includit. Morlinus tantum Metonymiam & tergiuersationem Cinglianorum Tropistarum taxat. Sarcerius spectat irreligiosam tractationem: Vbi hinc tuus iterum candor Philippe?

(V) IN VENTREM) Quid nobis cum ineptijs aliquorum, si non fit iniuria quoque, ei de quo narratur? Viderint autem Cingliani, quas non dico quaestiones, sed egestiones, & nefandas blasphemias, ceu venenatae aranearum ex verbis oris Christi fuxerint ipsi, & vomuerint in authorem verborum, Christum.

(X) FORMAM VERBORVM PAVLV) Christus forma suorum verborum author prodigiosarum quaestionum. Ecce huius blasphemiae exemplum ex ipso Philippo.

#### T E X T V S.

**P**otes est inspicere forma (Y) verborum Coenae in examine (Z) Megalburgensi, vbi et commonefactio est de fructu Coenae. Adest filius Dei in ministerio Euangelij, & ibi certo est efficax in credentibus. Ac adest non propter (A) panem, sed propter hominem, sicut inquit: Manete in me, & ego in vobis. Item, Ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Et in his veris consolationibus facit nos sibi membra, (A) & testatur se corpora nostra viuificaturum esse. Sic declarant Veteres (C) Coenam Domini.

#### S C H O L I A.

B 2

Forma